



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

§.4tus. Diversi status & conditiones hominum. Conjugati.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

Solvetur Satanás de carcere suo , & seducat gentes ( sub finem mundi ad obsequium Anti-Christi ) Gog & Magog. Apoc. 20. Sunt populi Tartariae militaturi pro Anti-Christo.

### §. 4tus.

*Diversi status & conditiones hominum.  
Conjugati.*

**Q**ui conjugium ita suscipiunt , ut Deum à se & à suamente excludant , & sua libidinibus vacent sicut equus & mulus , quibus non est intellectus . Habet potestatem demonium super eos , Tu autem cùm acceperis eam , ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea , & nihil aliud , nisi orationibus vacabis cum ea . Tob. 6. Ita Archangelus Raphaël voluit : ut Tobias non nisi post preces tribus noctibus fusas cognosceret uxorem suam . Et primâ nocte oraret pro dæmonio fugando . Secundâ , ut particeps fieret meritorum sanctitatis & privilegii Patriarcharum . Et tertiâ : ut proles ex uxore suscipieret . Cæremoniæ tales non cadunt sub praceptum : merentur tamen reflexionem . Evidetur quod felicitas temporalis ac æterna pendeat à Sacramento matrimonii in statu gratiae sanctificantis suscepto , intentione bona pravam excludente libidinem , multisque preceibus , & bono delectu præmissis . Sicut contra idem tam multa sunt infelicia matrimonii quia in statu peccati mortalis , vel purè ex libidine

dine, aut amore pecuniae inita sunt, nec genitum  
utrimque explorati.

*Alligatus es uxori, noli quarere solutionem.*  
*Solutus es ab uxore, noli querere uxorem, si an-*  
*tem acceperis uxorem, non peccasti, & si nupseris*  
*virgo, non peccavisti. Tribulationem tamen car-*  
*nis habebunt hujusmodi. Cor. 7. Ubi vide plu-*  
*ra huc facientia. Mulieres subditæ estote viris,*  
*sicut oportet in Domino. Viri diligite uxores ve-*  
*stras, & nolite amari esse ad illas. Coloss. 3. Be-*  
*nè quidem advertit, Evam non esse formatam*  
*ex capite Adami, ut mulier sciat virum caput*  
*esse mulieris. Nec ex pedibus, ut vir sciat se*  
*non debere mancipii instar aut ancillæ tractare*  
*uxorem, sed ex latete, ut eam habeat sicut tho-*  
*ri ita & administrationis domesticæ sociam. Ad*  
*virum pertinet officina, laboratorium, museum*  
*studiorum, ad mulierem culina &c.*

### Subiectio tertia.

#### De controversiis cum Hæreticis circumam- trimonium.

**C**Alvin. I. 4. inst. c. 19. §. 73. dicit esse le-  
gem tyannicam Ecclesiæ prohibentis viro,  
aliam uxorem ducere priori convictâ de adulterio,  
& Catholicos vocat asinos, sed ille maxi-  
mus est, audens se opponere universæ Christianæ  
antiquitatî, immo ipsi Christo & Apostolis legem  
hanc non humanam, sed divinam esse dicenti-  
bus. Triumphant multum Hæretici in illo  
Matth,